



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

VI. De incontinentibus subdiaconis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

ANNO CHRISTI 655. \* poenitentia disciplinis maneant omnino subiecti.

V I.

\* disciplinismona-  
sticis ma-  
neant f Sextæ discussionis obiectu, quorumdam male sibi  
consciorum patuit denotatum elogium. Nam relatum  
est nobis quosdam subdiaconos, postquam ad sacri hu-  
ius ordinis peruererint gradum, non solum carnis im-  
munditia sordidari, cum scriptum sit: *Mundamini, qui 1a. 52.*  
*fertis vasa Domini*: sed etiam, quod dictu quoque nefas  
est, nouis vxoribus copulari; afferentes hoc ideo sibi li-  
cere, quia benedictionem a pontifice se nesciunt perce-  
pisse. Proinde omni excusationum discisso velamine, id  
præcipimus obseruari, vt cum iidem subdiacones ordi-  
nantur, cum vasis ministerii benedictio eis ab episcopo  
detur, (sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit anti-  
qua, & sacra dignoscitur consuetudo substare prolata)  
omni penitus ab illis sorde mulierum, ac familiaritate  
remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati,  
mox erunt sub poenitentia oneribus, usque ad extremum  
vitæ monasteriis religandi.

V II.

\* ab epi-  
scopis su-  
plice no-  
vimus \* testati-  
funt, \* diuina  
autori-  
tas non \* chris-  
tatis Septimæ assertionis accessu adiit cœtum nostrum tam  
inuercunda progressio, quam ignobilis ac detestanda  
præsumptio. Quosdam enim, aut euentu necessitatum,  
aut metu periculorum \* adeptos fuisse nouimus ecclesia-  
sticarum officia dignitatum: & quoniam cum illis hæc  
imponerentur, id sibi fieri noluisse \* testantur, idcirco hæc  
spernere, atque ad pristina pertenant coniugia mores-  
que redire; tam nequiter cælestia iura soluentes, quam  
prompte sæcularibus extant illecebris inhiantes. Qua de-  
re nosse nos conuenit, quod episcopalis eminentia \* cul-  
men non immerito sacris omnibus esse summa percen-  
suit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit; scilicet  
templorum Deisacrationem, \* chrismae benedictio-  
nen, sacrorumque ordinum institutionem, quæ tam di-  
uinaliter ordinata persistunt, quam excellentissime con-  
feruntur: quia & tanto ab eis singulariter impenduntur,  
quanto eidem summo culmini peragenda seruantur.  
Quomodo ergo quod in se recipit, a se reiicere poterit,  
cum hæc a nullo altero conferri, quam a solis pontifici-  
bus nouit, a quibus nec ligata solui, nec soluta poterunt

Concil. Tom. 15.

Rr ij